



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Andreas Fvndanvs Ep. 6. Novembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

Beatus, qui se ab omni maculâ purum atque integrum servat, ut cum fiducia in domum suam recipiat Regem gloria; qui cum reverentiâ ac timore ad sacrosancta mysteria Servatoris accedit, seq̃ vitam aeternam suscipere non ignorat. S. Ephrem. in Beatitud.

S. ANDREAS FUNDANVS EP.

6. Novembris.

RÊtè dixit, qui dixit primum ad lapsum gradum esse, occasionem non fugere. Id si homines inficias ire velint, ecce mali dæmones ultrò fatebuntur, ANDREAS omnibus virtutibus, sed castitatis laude imprimis clarus feminam domi suæ, privatus primum, post Fundanus etiam Episcopus, habebat ipsam quoque DEO devotam. O, ut fumo semper ignis est proximus! Ibat Romam ex Campaniâ Hebræus nescio quis: deprehensus à tenebris ad Apollinis fanum divertit, & interpesta nocte in senatum cum regulo suo frequentes coire orci principes videt. Hic dum rem bene gestam singuli gloriantur, & alii alia facinora sibi quisque palmaria clamant; insolentior cæteris unus aliquis, & multum nequitiâ suâ superbus, jactat id tandem magno molimine se effecisse, ut ANDREAS Præful mulierculæ tergum molliter distringeret. Enimverò acclamatum ab omnibus est; & factum id multis Pluto laudavit, veluti que jam de victo ANDREA triumphus decretus est tenebrioni; Sub ea in discedentium oculos Iudæus incurrit; sed quòd aliena arma, Crucem, more Christiano objecisset, tantum risere homines, testam probè signatam, cæterà inanem dictitantes. Nempe hic rectâ ad ANDREAM, qui Hebræo Christianis & fano D. ANDREA Apost. transcripsit, domo

domo abhinc omnes omnino mulieres profcri-
pfit. Audite hæc aris devota pectora. Feminæ
apud vos si exulaverint, ab exilio castitas redibit.
Ex D. Gregor.

*Ne sub eodem cum mulieribus tecto mansites, nec
in prateritâ castitate considas, Nec sanctior Davi-
de, nec Samfone fortior, nec Salomone potes esse sa-
pientior; memento semper, quòd à Paradisi colonnata
de possessione suâ mulier eiecerit.* S. Hieron, Epist. 2.

S. ENGELBERTVS EPISC. M.

7. Novembris.

CVnas, vitam, Mortem, omnia in ENGELBER-
TO præclara reperio, & digna infulâ Colo-
niensi, quam ille, uti & libertatem Ecclesiæ, etiam
contra cognatum sanguinem (audiant utinam
hæc illi, qui Christi patrimonia sua putant, & in
suos effundunt!) toto pectore propugnavit, ipsi-
que ad eam vitæ ante habuit. Neque enim alia ulla
fuit causa Friderico Isenburgensi Comiti, & pa-
trono ENGELBERTI, cur sub annum millesimum,
ducentessimum & vigesimum quintum, immis-
sariis ex itinere nepotem obruncaret, parrici-
dio tot sceleribus, quot vulneribus pleno, quæ
quadraginta & septem erant. Nec verò minus
piè, quam fortiter est mortuus ENGELBERTVS.
Nam, ut taceam VIRGINEM solemnibus omnibus
diebus Mercurii jejuniis cultam, monitus per li-
teras de infidiis, animum quidem confessione
purgavit & lacrymis expiavit, cæterum ut ne ho-
stem proderet, igni literas damnavit. Fridericum
deinde, cum jam parturiret ultimum scelus, hospi-
tio non semel cum suis excepit, neque comitem
habere viæ abhorruit, utque malus Genius ex
ore